postquam eorundem bonorum actoribus adiudicavimus, prout decretum nostrum latius testatur. Eius porro decreti executionem in defectu Praesidis ordinarii ad Sinc. vestram remittimus, atque Sinc. tuam hortamur eidemque serio mandamus, ut si etiam quartum Praeses Derpatensis ad quem ea executio ordinarie pertinet in Provincia Livonia praesens non fuerit, Sinc. tua in loco illius decretum illud nostrum exequatur atque ad realem effectum deducat, nec quidquam in ea decreti nostri executione ipse desiderari patiatur. Factura Sinc. tua rem nobis gratam et officio suo convenientem.

Aliud simile ad idem

Sigismundus etc.

Magce N. Abrahamowicz Praesidi Derpatensi Sinc. nobis dilecto. Magce Sinc. nobis dilecte tulimus etc. ut supra usque ad testatur. Quare Sinc. tuam hortamur eidemque serio mandamus, ut illud decretum nostrum ad realem effectum deducat, et ita executioni demandet, ne quid in ea desiderare posse videretur. Factura Fid. tua rem nobis gratam et officio suo convenien.

Literae Significatoriales

Paulus Szczerbicz Decretorum S. R. M. iuratus Notarius notum testatumque facio mea nobili et Famato Stanislao Sinbek nomine N. ex officio meo requisito et rotulum appellationis inter ipsum et Famatum N. sit in Cancellaria S. R. M. illatum necne? Hoc itaque rotulum in hodiernam usque diem ad manus meas non pervenisse testor per praesentes manu mea propria subscriptas sigilloque signatas literas.

Protestatio

Quod coram nobis et Actis Cancellariis nostris comparens personaliter Nobilis Severinus Plaza protestatus est solenniter con. Hon. Sophiam N. quod in termino paremptorio rotulum causae eidem cum ea occasione intercedit in Cancellariam nostram non intulit. Quam protestationem non suscepimus. Actisque nostris inseri mandavimus. In cuius rei etc.

Altera protestatio

Quod coram nobis et Actis Cancellariis nostris comparens personaliter Nob. Christophorus Kotlicski suo aliorumque coheredum

suorum nominibus solenniter protestatus est con. Generosum Stanislaum Helmskij quod in termino peremptorio rotulum causae quae illis cum eodem occone deoccupationis domus lapideae in platea [illegible] existen. aliorumque bonorum intercedit in Cancellariam nostram non intullit quam protestationem non suscepimus Actisque nostris inscri mandavimus. In cuius rei etc.

Sublatio bannitionis

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quia nos ad supplicationem nomine nobilium Stanislai et Andr. Korzenskijch apud nos fact. bannitionem quae con. in officio Castren. Sandecen. ex delatione Generosi Floriani Morstyn in causa civili occone reemptionis in bona eorundem Sexta sortes sitt in villa Korzenna existen. aliaque tam mlia et imlia perlucinb. actor. onerata in lucris perluenis ac poenis per actorem in officio Castren. Crac. occone summo Mille flnm polnm iux ad inscriptionem Castren. Cracovien. per cittatos vel inrevictos super eandem summam Mille flnm polnm fact. tum et pro Vadio similis summo Mille flnm polnm per eosdem inrevictos actori inrevincen. ob non solutionem summo principalis pro tempore in eadem inscriptione expresso iam praeterito solui debito ad solven. succumben. ac pro summa ipsa principali perducto, tum et Vadiorum Triplicatorum Trium millium flnm polnm per eosdem inrevictos ob non solutionem succubitorum super eisdem cittatis et bonis illorum omnibus Coram officio Castren. Sandecen. lucrat. et obtent. in contumaciam edita et promulgata est Hinc ad sex mensium decursum sublevan. et suspenden. esse duximus sublevamusque et suspendimus literis hisce nostris idque ob eam causam, ut de male (ut asserit) obtento contra se processu iure agen. habeant facultatem Cuius quidem sublevationis nostris beneficio illi ad tempus suprascriptum spacium in Regno et Dominijs nostris versari ac coram quibusuis Judiciorum ac officiorum subselijs comparere causasque suas defendere ac negocia quaevis licita et honesta peragere poterint tantum ut rei iudicatae parere teneantur, neque exequutioni ulteriori in bonis suis non autem personis sese per se aut submissas personas opponant alioquin ipso facto omne sublevationis sibi concessis beneficium amissuri sint exequutioque in personis etiam ipsorum secundum legum praescriptum extendentur. Quod omnibus quorum interest praesertim

340